amplius eum diligere possemus, & uerecundiam pudoremque concipere.
adque ex his corde conpungi. considerantes quod nisi miseratio ipsius subuenis
set tantum illud peccatorum pondus sine dubio iuimus nos in inferni penis supplicius.
quae expresisset, paulus ergo etiam illa meminerat quae promerat indulgentia,
posuero nec stare recordamur quae post baptismum commisimus; in quibus itaque peri
culum nobis salutum est & reos nos adque in uinculis positos tenent, quod si & aliquan
do ad recordationem uenerimus & uisi fuerimus paululum inde cogitare & esse
solliciti statim effugit cogitatio & transimus ad alia & ne integram quidem horam
patimur animam nostram adflictione meroris huius adstringi; haec igitur causa est.
quod malis addimus mala dum priorum memoria non permanent & dolor aliquis
non uritur pro conscientia conmissi; hinc est unde nec ad confessionem descendimus;
quomodo enim confitebimtur quorum ne memoriam quidem tenemus & sic consue
tudine contemnendi dum de praeteritis dolor nullus est facilius superuenientib;
malis locum damus, quod si omnis ex anima stimulus auferatur & cunctae ei securita
tis frena laxentur quis etiam post haec tenebit aut quis etiam de precipitiis reuocabit;
& quid prohib& ubi nihil m&uitur nihil uerecundiae nihil pudoris admittitur
ut non in omnes perditionum foueas demergamur. pro his ergo lugent sci & gemitos suos
conferunt in conspectu dei, sufficit enim scis & magnis sicut & uos estis ad conpunc
tionem cordis recordari beneficia diuina & operum uestrorum gloriam pro nouo
bis ipsis adsignare deo, sufficit ut si cubi uel paruum aliquid uos latuit quanto uos mag
ni estis tanto id uelut magnus uiris commissum grauius iudicare. sufficit conside
rare illorum uitam qui summam iustitiae & scitatis regulam seruauerunt & per om
nia placuerunt dō. sed & naturam peccati cogitare uelocem rapidam subreptiua
ob & hoc incerta ee que futura sunt & ualde dubia & tam periculosa ut eam & iam magnus ille
m&uat paulus hoc enim indicat cum se dicit timere. ne forte cum aliis predicauerit ipse
reprob; fiat & iterum cum ait qui se putat stare uideat ne cadat sic autem & beatus
dauid beneficiorum di munerumque eius memoriam recolens conpunctionem cor
dis quaerebat in quo dicit quid est homo quod memores eius aut filius hominis qm
uisitas eum; minuisti eum paulo minus ab angelis gloria & honore coronasti
eum & constituisti eum. cum uero operum suorum meritorum que ostendit confidentiam
non habendam dicit; quis ego sum dne mi dne & quae est domus patris mei quia dilexis
ti me usque in his & non sunt pro nihilo habita haec in conspectu tuo dne & locutus
es pro domo serui tui in longitudinem; haec autem lex hominis dne mi dne ad te &
quid adici & dauid adhuc loqui ad te sed & maiorum memoriam facit & se & ipsum quasi
si longe ab eorum uirtute constituit; cum enim dixiss& in te sperauerunt patres

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0347